Año 79 Lunes 2 de Mayo de 1932. Núm. 5.

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la imprenta de Calatrava.

## Secretaría de Cámara

**Circular recordando las preces al Espíritu Santo.**

Próxima la solemnidad de la Pascua de Pentecostés, se recuerda al venerable Clero diocesano el cumplimiento de lo ordenado por el Augusto Pontífice León XIII en la Encíclica *Divinum illud* de 9 de Mayo de 1897, en orden a la invocación del Espíritu Santo, en los nueve días precedentes a su festividad. Pueden también hacerse estas preces en los ocho días siguientes a dicha fiesta.

Salamanca, 30 de Abril de 1932.

LOPE PEREZ FLORES,
*Vice-Srio.*

## CIRCULAR

Al celebrarse la solemnidad del Santísimo Corpus Christi, el Excmo. y Rvdmo. Prelado encarece al venerable Clero parroquial el cumplimiento de los cultos y

Universidad Pontificia de Salamanca

preces ordenados por la Santa Sede al tenor de los documentos insertos en este BOLETÍN el año 1907 (1).

También nuestro Excmo. Sr. Obispo recomienda una vez más con todo interés al venerable Clero diocesano, que durante el mes de Junio celebren en sus iglesias los acostumbrados cultos en honor del Sacratísimo Corazón de Jesús, a tenor de la Circular del 24 de Mayo del año pasado (BOLETÍN pág. 161) y recuerda que nuestro Santísimo Padre el Papa Pío XI, felizmente reinante, manda expresamente en la Encíclica de 8 de Mayo de 1928 (publicada en este BOLETÍN, 1928, pág. 137), *que en la fiesta del Sacratísimo Corazón se haga en todas las iglesias del mundo el acto de desagravios,* empleando la fórmula que se insertó en el BOLETÍN de 1931, página 164, y que es la prescrita por Su Santidad (2).

Salamanca, 2 de Mayo de 1932.

LOPE PEREZ FLORES,
*Vice-Secretario.*

# Addenda in Directorio 1932

## Majus

13. Alb. Fer. VI. Dedicatio Eccl. Cathedralis.—dup. 1 Class. cum Oct.— Off. ut in Comm. Dedicat. Eccl. 9 lect. et comm. (in Laud. et Mis. priv.) S. Roberti Bellarmino Ep. C. et D.—Miss. *Terribilis,* Cr. Prf. Pasch. (Extra Cathedr. omit. parenth in or. Secr.)

In 2 Vesp. comm. seq. (ut in 1 Vesp. Dom. praec. ant. *Cum venerit.* ℣. *Dominus,* orat. Dom.—Compl. Dom.

(1) Véanse las páginas 169 y siguientes.

(2) Las Letanías del Sagrado Corazón de Jesús las encontrarán en los Rituales y en el BOLETÍN de 1926, pág. 277.

Universidad Pontificia de Salamanca

# Oficio de San Roberto Belarmino

## ORATIO

Deus, qui ad errorum insidias repellendas et Apostolicae Sedis jura propugnanda, beatum Robertum Pontificem tuum atque Doctorem mira eruditione et virtute decorasti: ejus meritis et intercessione concede, ut nos in veritatis amore crescamus, et errantium corda ad Ecclesiae tuae redeant unitatem. Per Dnum.

### IN II NOCT.

*L. IV*

Robertus, Politianus, e patricia Bellarminorum gente, matrem pientissimam habuit Cythiam Cervini, Marcelli Papae secundi sororem. Eximia pietate et castissimis moribus quamprimum enituit, id unum exoptans ut Deo soli placeret et animas Christo lucrifaceret. Patrium Societatis Jesu collegium summa cum ingenii et modestiae laude frequentavit; ac, duodeviginti annos natus, Romae eamdem Societatem ingressus, religiosarum virtutum omnibus exemplo fuit. Emenso in Romano Collegio philosophiae curriculo, missus est primum Florentiam, tum Montem Regalem; deinde Patavium ad sacram Theologiam addiscendam, ac postea Lovanium, ubi concionatoris munere, nondum sacerdos, mirifice functus es. Lovanii praeterea, sacerdotio auctus, theologiam ita docuit, ut plurimos haereticos ad Ecclesiae unitatem reduxerit, ac theologus per Europam clarissimus haberetur, eumque sanctus Carolus Mediolanensis Episcopus aliique vehementer sibi expeterent.

*L. V*

Romam, ex desiderio Gregorii Papae decimi terti revocatus, theologicam controversiarum disciplinam tradidit in Collegio Romano: ibique vitae spiritualis magister constitutus, angelicum juvenem Aloysium per sanctitatis semitas moderatus est. Ipse Collegium Romanum ac deinde Neapolitanam Societatis Jesu Provin-

Universidad Pontificia de Salamanca

ciam ad sancti Ignatii mentem gubernavit. In Urbem iterum accersitus, a Clemente octavo ad summa Ecclesiae negotia, maximo cum christianae rei emolumento, est adhibitus; tum invitus et frustra reluctans, in Cardinalium numerum cooptatus, quia, ut palam asseruit ipse Pontifex, tunc non habebat parem Ecclesia Dei quod ad doctrinam. Ab eodem Pontifice consecratus Episcopus, Capuanam Archidioecesim triennium sanctissime administravit: quo munere deposito, Romae ad mortem usque degit, integerrimus ac fidelissimus Summi Pontificis consiliarius. Multa praeclare scripsit, illud meritum adeptus in primis quod, sanctum Thomam ducem et magistrum secutus, de suorum necessitate temporum provide conscius, invicto doctrinae robore et amplissima testimoniorum copia e Sacris Litteris et e Sanctorum Patrum ditissimo fonte apte deprompta, novos errores debellavit, traditionis catholicae et Romani Pontificatus jurium strenuus praeprimis adsertor. Compluribus etiam ad pietatem fovendam libellis exstat insignis ac praesertim aureo catechismo quem licet aliis gravissimis negotiis distentus, tum Capuae tum Romae pueros ac rudes docere non praetermittebat. Robertum aequaevus Cardinalis a Deo missum judicavit, qui catholicos erudiret, pios coleret, haereticos profligaret; sanctus Franciscus Salesius doctrinae fontem habuit; summus Pontifex Benedictus decimus quartus haereticorum malleum dixit, ac Benedictus decimus quintus catholicam religionem propagantibus et tuentibus exemplar indicavit.

*L. VI*

Vitae religiosae studiosissimus, eam, inter purpuratos Patres adlectus, in exemplum servavit. Opes ultra necessarias noluit; modico famulatu, tenui cultu habituque contentus: suorum non studuit opulentiae, ac vix adduci potuit ut inopiam identidem levaret. De se humillime sensit, et mira fuit animi sinceritate. Deiparam dilexit unice: plures horas quotidie orationi tribuebat. Parcissime victitans, ter in hebdomada jejunabat: in se constanter austerus, caritate in proximum flagravit, vocatus saepenumero pater pauperum. E baptismate innocentiam ne vel levi quidem culpa macularet strenue contendit. Prope octogenarius, ad sancti Andreae in co-

Universidad Pontificia de Salamanca

lle Quirinali, extremum in morbum incidit, quem solito virtutum fulgore illustravit. Moribundo Gregorius Papa decimus quintus et plures Cardinales adstiterunt, tantum Ecclesiae columen eripi complorantes. Die sacrorum Stigmatum sancti Francisci, quorum memoriae ubique celebrandae auctor fuerat, obdormivit in Domino, anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo. Mortuo tota civitas parentavit, sanctum uno ore conclamans. Eum vero Pius undecimus Pontifex maximus Beatorum primum ac deinde Sanctorum numero adscripsit, et paulo post, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto universalis Ecclesiae Doctorem declaravit. Ejus corpus Romae in templo sancti Ignatii, apud sepulcrum sancti Aloisii, ut ipse optarat, pia veneratione colitur.

# Sagrada Congregación del Santo Oficio

## Condenación de una novela de L. Daudet

Por acuerdo de 17 de febrero de 1932, a tenor del canon 1399, 9.º del Código de Derecho canónico, se declaró condenado el libro *quam maxime obscenum*, de León Daudet, titulado "Les Bacchantes„, novela contemporánea, editada por Ernest Flammarion.

El acuerdo fué aprobado el siguiente día 18 por Su Santidad y publicado el 20 del mismo mes.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 5 marzo 1932, pág. 71.)

# SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO

## Instrucción sobre ejecución de la musica sagrada

Ante casos en que se ha pretendido sujetar a la música sagrada, ejecutada en las iglesias, prescindiendo de su especial carácter, a pagar derechos de autor y

Universidad Pontificia de Salamanca

editor, la S. C. del Concilio, a fin de evitar cuanto desdice del decoro de la Casa de Dios y huir de lamentables controversias, ha dado a los reverendísimos Ordinarios las siguientes instrucciones:

I. Mientras se exijan tales derechos de autor o editor por la ejecución de música sagrada en las iglesias, los Ordinarios cuidarán de que en ellas se utilicen tan sólo aquellas composiciones modernas de música sagrada, cuyos autores y editores declaren por escrito que no se hallan sujetas a tales derechos.

La observancia de esta norma no podrá privar a las funciones de la conveniente música, porque:

a) Aun fuera del canto gregoriano y de la polifonía clásica, existen muchas y renombradas composiciones antiguas de música sagrada que, siendo ya del dominio público, pueden ejecutarse libremente en las iglesias, ya que están conformes con el *Motu proprio* de Su Santidad Pío X, de 22 de noviembre de 1903;

b) Muchos y muy buenos compositores modernos y editores han declarado que sus composiciones de música sagrada, son de libre ejecución, sin tales derechos de autor y editor.

II. Para escoger tales composiciones se servirán los Ordinarios de la Comisión diocesana de música sagrada, instituída de conformidad con dicho *Motu proprio*, salvo el recurso, cuando proceda, al Instituto Pontificio de música sagrada, de Roma, para las oportunas informaciones a este respecto.

Roma, 21 de febrero de 1932. – G. CARD. SERAFINI, *Prefecto*. – G. BRUNO, *Secretario*.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 5 marzo 1932, pág. 72.)

# Sacra Congregatio Rituum

**Benedictio instrumentorum ad montes conscendendos.**

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Universidad Pontificia de Salamanca

Orémus

Bénedic, quaesumus, Dómine, hos funes, básculos, rastros, aliáque hic praeséntia instruménta; ut quicúmque iis usi fuérit, inter árdua et montis abrúpta, inter glácies, nives et tempestátes, ab omni casu et perículo praeserventur, ad cúlmina feliciter ascendant et ad suos incólumes revertántur.

Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orémus

Prótege, Dómine intercedente Beáto Bernardo quem Alpium incolis et viatóribus Patrónum dedísti, hos famulos tuos: ipsisque concéde, ut, dum haec conscéndunt cúlmina, ad montem qui Christus est váleant perveníre. Per eundem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**Et aspergantur aqua benedicta.**

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI descriptam formulam benedictionis instrumentorum ad montes conscendendos aprobare dignatus est, eamque Ritualis Romani proximae futurae editioni inseri mandavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Octobris 1931.

A. A. S. 9 Nov. pág. 446.

## VARIATIONIS

**Faciendae in rubricis Kalendarii, breviarii ac missalis romani.**

I.—*In Kalendario.*

In Kalendario, ad calcem mensis Maii, supprimatur: "Feria VI post Octavam... Duplex I classis„.

II.—*In breviario romano.*

In additamentis et variationibus Tit. III, *De Octavis*, n. 2 post verba "Octava Ascensionis„ addatur "atque Sacratissimi Cordis Iesu„.

In tit. VI, *De concurrentia Festorum*, n. 4, expungantur verba "Attamen in die Octava... Sacratissimi Cordis Iesu„.

Universidad Pontificia de Salamanca

In tit. VI, *De commemorationibus*, n. 5, post verba "de die infra Octavam Nativitatis Domini vel Ascensionis„ addatur "vel Sacratissimi Cordis Iesu„.

Feriae privilegiatae ita enuntientur:

"Feriae quarta Cinerum.

Feriae omnes Maioris Hebdomadae„.

Inter duplicia I classis primaria post Festum Sanctissimi Corporis Christi, addatur "Festum Sacratissimi Cordis Iesu„.

Expungatur "Duplex I classis secundarium...„

Post festa feriata:

"Festum feriatis aequiparatum.

Festum Ssmi. Cordis Iesu„.

Octavae II ordinis ita enuntientur:

"Octava Nativitatis Domini.

Octava Ascensionis Domini.

Octava Sacratissimi Cordis Iesu„.

In tabella occurrentiae loco "O„, quod legitur in interferentia Vigiliae cum die infra Octavam III ordinis, ponatur "4„.

Inter *Notanda in praecedentes tabellas* n. 13, expungantur verba "et tunc in II Vesperis... sine ulla Commemoratione„.

In Ordinario divini Officii, quoties in rubricis legitur "ac Smi. Corporis Christi„, dicatur "Smi. Corporis Christi ac Sacratissimi Cordis Iesu„.

Ibidem, in Rubrica ante Lectionem brevem *Dominus autem dirigat*, loco verborum "a Feria IV post Octavam Sanctissimi Corporis Christi„, dicatur "a Dominica IV post Pentecosten„.

In Psalterio Breviarii Romani, quoties in Rubricis legitur "in Dominica III et reliquis post Pentecosten„, dicatur "in Dominica IV et reliquis post Pentecosten„.

Ibidem, quoties in Rubricis legitur "ac Sanctissimi Corporis Christi„, dicatur "Sanctissimi Corporis Christi ac Sacratissimi Cordis Iesu„.

Rubrica ante Feriam II Maioris Hebdomadae ita emendetur: "Omnes Feriae huius Hebdomadae sunt maiores privilegiatae„.

Rubrica in Feria II infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes sic reformetur: "Responsoria... ponuntur cum suis Lectionibus in Feria III aut IV, si hae Lec-

Universidad Pontificia de Salamanca

tiones in alterutra resumendae sunt iuxta Rubricas; sécus omittantur„.

In die Octava Sanctissimi Corporis Christi, expuncta veteri Rubrica, ponantur Lectiones sequentis Feriae VI cum Responsoriis de Octava. In fine addatur: "Vesperae de sequenti„.

In Feria VI post Octavam Corporis Christi ponatur novum Officium Sacratissimi Cordis Iesu cum tota Octava. Post diem Octavam addatur rubrica: "Ad Vesperas, nisi sequenti die persolvendum sit Officium de Festo novem Lectionum aut de qualibet Octava vel Vigilia, fit Commemoratio de Sancta Maria, et de ea dicitur Officium in Sabbato sequenti. Quod item servatur„... (ut antea legebatur sub feria VI post Octavam Corporis Christi). Rubrica posita ad Vesperas Sabbati post Dominicam II post Pentecosten, omittatur, et ponatur ad Vesperas Sabbati sequentis cum oratione *Da nobis*. Rubrica quae invenitur in Dominica III ponatur in Dominica IV.

In Rubrica posita sub Feria V Hebdomadae IV Octobris, loco verborum "sumuntur Lectiones Dominicae V et Feriae II et III eiusdem Hebdomadae dicatur "Sumuntur lectiones Feriae II et III et IV Hebdomae V Octobris„.

Sub Dominica V Octobris substituatur haec Rubrica: "In Dominica occurrente a die 25 ad diem 31 Octobris inclusive, recolitur Festum Domini Nostri Iesu Christi Regis, ut in Proprio Sanctorum notatur„.

Lectiones II Nocturni de eadem Dominica supprimantur. Lectiones autem I Nocturni de hac Dominica ponantur in Feria II, Lectiones Feriae II in Feria III, Lectiones Feriae III, in Feria IV, suppressis veteribus Lectionibus Feriae IV.

Ante Lectiones Feriae II ponatur Rubrica: "Lectiones huic Feriae et duabus sequentibus Feriis assignatae, si suis diebus dici nequeant, ponuntur„... (ut antea legebatur sub Dominica V Octobris).

## III.—*In missali romano.*

In novis Rubricis, Tit. V, *De Commemorationibus*, n. I, ad calcem addatur: "De Festis autem Domini in quavis Dominica minore vel in Vigilia Epiphaniae ocu-

Universidad Pontificia de Salamanca

rrentibus fit Commemoratio etiam in Missis cantatis vel conventualibus Duplicium I classis, si facta fuerit in Officio„.

In eodem titulo V, n. 3, loco verborum "de Dominica quavis, de Feria maiori„, dicatur "de Dominica quavis, etiam anticipata, et. ante Commemoratione Dominicae minoris vel Vigiliae Epiphaniae, de quolibet Festo Domini occurrente, de Feria maiori".

In titulo VI. *De Orationibus*, n. 4, ad calcem, loco verborum "Festo Ssmae. Trinitatis et Festo Ssmi. Corporis Christi„, dicatur "atque in Festis Ssmae. Trinitatis, Ssmi. Corporis Christi, Sacratissimi Cordis Iesu et Domini Nostri Iesu Christi Regis„.

In titulo VIII. *De Praefatione*, n. 1, loco verborum "item pro Dominica infra Octavam Corporis Christi„, dicatur "item pro Dominica infra Octavam tam Corporis Christi quam Cordis Iesu„.

Ibidem, loco verborum "si Commemoratio Octavae Corporis Christi sit omittenda, in Dominica II post Pentecosten„, dicatur "si Commemoratio Octavae Corporis Christi vel Cordis Iesu sit ommittenda, in Dominica II et III post Pentecosten„.

In titulo X. *De colore paramentorum*, n. I, loco verborum praeter missam de Dominica infraoctavam Corporis Christi dicatur "praeter Missam de Dominica infra Octavam tam Corporis Christi quam Cordis Iesu„.

Sub Feria IV Cinerum, in Rubrica posita ante Antiphonam *Immutemur habitu*, loco verborum "genibus flexis coram Altari„, dicatur "ad Altare conversus„.

In Rubrica posita ante Praefationem de Sancta Cruce, n. I, expungantur verba "de Sacratissimo Corde Iesu„.

Post Praefationem de Ascensione Domini ponatur Praefatio de Sacratissimo Corde Iesu.

In Rubrica posita ante Praefationem de Sanctissima Trinitate, loco verborum "exclusa pariter Missa Dominicae II post Pentecosten... de Nativitate Domini„, dicatur "exclusa pariter Missa Dominicae II et III post Pentecosten, in qua, si omittenda non sit Commemoratio Octavae Sanctissimi Corporis Christi vel Sacratissimi Cordis Iesu, sumitur Praefatio de respectiva Octava„.

Ante Dominicam III post Pentecosten ponatur nova Missa Sacratissimi Cordis Iesu.

Universidad Pontificia de Salamanca

In Missa Dominicae infra Octavam Sacratissimi Cordis Iesu tertiae post Pentecosten, post primam Orationem addatur: "Et fit Commemoratio Octavae Sacratissimi Cordis Iesu„. Post Secretam autem addatur: "Praefatio de Sacratissimo Corde Iesu, ratione Octavae; sed, si Commemoratio Octavae sit omittenda, dicitur Praefatio de Ssma. Trinitate, iuxta Rubricas„.

In Missa de Festo Eucharistici Cordis Iesu, quae est in Appendice Missalis, post Secretam ponatur Rubrica: "Praefatio del Sacratissimo Corde Iesu„.

## URBIS ET ORBIS

Aucto a Sanctissimo Domino Nostro Pío Papa XI ritu festo Sacratissimi Cordis Iesu, additaque Octava privilegiata tertii ordinis, necessario huic novae sollemnitati aptandae erant Rubricae Breviarii et Missalis Romani. Quare, re mature perpensa, auditoque specialis Commissionis voto, Sacra Rituum Congregatio vigore facultatum sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributarum, suprascriptas variationes adprobavit, illasque in futuris editionibus Breviarii et Missalis Romani inserendas mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 Novembris 1931.—L. ✠ S.—C. Card. Laurenti, *Praefectus*.—A. Carinci, *Secretarius*.

# CONGRESO EUCARISTICO INTERNACIONAL

Este Congreso se celebrará en Dublín (Irlanda) en los días 22 a 26 del próximo mes de Junio

—Para formarse idea del entusiasmo que este Congreso ha despertado en todo el orbe católico, bastará con decir que se espera reunir en Dublín un millón de congresistas, entre los cuales habrá representación de todas las naciones.

—El 23 de junio es el día señalado para la celebración en Phoenix Park de una solemne Misa de Comunión general de los numerosísimos niños que a ella acudirán.

Universidad Pontificia de Salamanca

Todos ellos serán invitados a vestir con cierta uniformidad; las niñas con trajes y velos blancos y los niños con bandas, también blancas

—El Comité local del Congreso Eucarístico que ha de celebrarse en Dublín, se propone señalar locales especiales para que los congresistas de cada nación puedan celebrar por separado sus reuniones.

Espera, asimismo, poder ofrecer a todos, o al menos a los que reunan cierto número de congresistas, una iglesia para sus actos religiosos.

—En obsequio a los Congresistas, el Director del Museo Nacional de Irlanda, ha resuelto que durante los días del Congreso pueda visitarse aquél hasta las ocho de la noche.

—A fin de facilitar la concurrencia de quienes tengan fijada su residencia en los alrededores de Dublín a la Misa de Pontifical, que el domingo 26 de junio se celebrará en Pohenix Park, se ha resuelto, definitivamente, que dé comienzo a la una en punto de la tarde.

## PEREGRINACIÓN ESPAÑOLA AL CONGRESO EUCARÍSTICO DE DUBLÍN

Con el magnífico barco "Saturnia" de 24.000 toneladas; del 18 de junio al 4 de julio de 1932; en esta peregrinación tomarán parte distintos Prelados.

Pidan detalles en este Obispado al Ilmo. Sr. Rector de Nobles Irlandeses, o en la Junta Nacional Española de Pereginaciones, Pi y Margall, 12, Madrid, Teléfono 13.390.

### ITINERARIO Y PRECIOS

*Itinerario n.º 1.*—Hendaya, Bordeaux, Lisieux, Le Havre, Southampton, Dublín, Plymouth, Cherbourg, Bordeaux, Irún.

Precio por persona: *Combinación A:* Pesetas 980.—Comprende vapor en clase de turista, hoteles familiares, ferrocarriles en tercera clase. - *Combinación B:* Pesetas 1095.—Comprende vapor en clase de turista, hoteles en segunda clase y ferrocarriles en segunda

Universidad Pontificia de Salamanca

clase.—*Combinación C:* Pesetas 1540.—Comprende vapor en segunda clase, ferrocarriles y hoteles en segunda clase.—*Combinación D:* Pesetas 1690.—Comprende vapor en segunda clase, ferrocarriles y hoteles en primera clase.—*Combinación E:* Pesetas 2065.—Comprende ferrocarriles, hoteles y vapor en primera clase.

*Itinerario n.º 2.*—Desde Hendaya hasta el regreso a Plymouth, igual al itinerario núm. 1. Después, Londres, París, Irún.

Precio por persona: *Combinación A:* Pesetas 1370.—Comprende vapor en clase de turista, hoteles familiares, ferrocarriles de tercera clase.—*Combinación B:* Pesetas 1550.—Comprende vapor en clase de turista, hoteles de segunda clase, ferrocarriles de segunda en Francia y tercera en Inglaterra.—*Combinación C:* Pesetas 1820.—Comprende vapor de segunda clase, hoteles de segunda categoría, ferrocarriles de segunda clase en Francia y tercera en Inglaterra.—*Combinación D:* Pesetas 2130.—Comprende ferrocarril y hoteles de primera clase, vapor en segunda clase.—*Combinación E:* Pesetas 2590.—Comprende ferrocarril y hoteles de primera clase y vapor también en primera.

*Inscripciones.*—Las inscripciones se cerrarán, sin excepción, el día 1.º de junio de 1932. En el acto de la inscripción deberán abonarse las cantidades siguientes: 1.ª clase, ptas. 200; 2.ª clase, ptas. 100; 3.ª clase, pesetas 50. El resto del valor de la inscripción deberá pagarse antes del 8 de junio.

# AVISO

## A los señores sacerdotes y Comunidades Religiosas

Recorren diversas provincias de España, sujetos que se dicen representantes de la casa **LOIDI Y ZULAICA, de San Sebastián,** ofreciendo vino para misas, efectos litúrgicos y otros artículos.

### Han cometido varias estafas

La citada Casa previene que no tiene viajantes ni representantes; debiendo desconfiar de cuantas proposiciones se les hagan en su nombre.

Universidad Pontificia de Salamanca

# COLLATIO DOGMATICA, MORALIS ET LITURGICA MENSE MAJO HABENDA

## De re dogmatica.

Utrum solius Dei sit creare. (S. Thom. p. 1.ª, q. XLV, a. 5.º Progr. ad concursum lect. XXXVI).

## De re morali.

Pelagia, parentibus ab adolescentia orbata valdeque dives, copulam cum Quirino habuit, ex qua gravida effecta est. Cum, ad infamiam vitandam, a Quirino abortus suaderetur, hoc illa crimen abhorrens, in regionem longinquam abiit, prolemque ibi natam in brephotrophium (hospicio) immisit. Romulo postea conjugata, denuo cum Quirino peccavit, prolemque, certe ex adulterio natam, ex familiae bonis, sicut et reliquos legitimos filios, aluit. Haec peccata, in anteactis confessionibus reticita, apud Leonidem confitetur; qui, nimia ansietate pressus, absolutionem non ausus est impertire donec a te huic duplici quaestioni responsum obtinuerit:

An Pelagia, tam brephotrophio, pro fornicariae, quam marito et legitimis filiis, pro adulterinae prolis, impensis, ex propriis bonis damna compensare debeat?

## De Sacra Liturgia

De communione infirmorum (Ex Rituali Romano).

# BIBLIOGRAFÍA

La benemérita Casa Herder y Compañía, atenta siempre a divulgar en lengua castellana excelentes obras, nos ha favorecido con la tercera edición de *El Socialismo: breve exposición y crítica de sus doctrinas económicas y morales*, cuyo autor es el Redentorista R. P. Federico Grote. Credo socialista, cimientos del socialismo, el socialismo y la propiedad privada, el socialismo y la libertad, el socialismo y la igualdad, el socialismo y la fraternidad, el socialismo y el trabajo, imposibilidad económica del socialismo, evasivas socialistas: he aquí las materias constitutivas de otros tantos capítulos tratados en esta producción científica, con tanta densidad de ideas como claridad de exposición, lo cual hace que sea muy recomendable y que merezca ser divulgada en nuestras parroquias foráneas. Consta de 96 páginas en 8.º mayor, y se vende a 2 pesetas cada ejemplar.

Universidad Pontificia de Salamanca

*Predicación: Sermones de cinco minutos* para todos los domingos y fiestas del año, por Francisco J. Luiz, Cura-Párroco. Traducción del alemán por Jaime Vaquer, Pbro.—Tres series. Primera serie: Rústica, 3 ptas. Tela 4,50.—Segunda serie: Rústica, 3 ptas. Tela, 4,50.—Tercera serie: Rústica, 3,50 ptas. Tela, 5. Librería Herder, Balmes, 22 Barcelona.

Sermones los más apropiados para lugares donde las circunstancias exigen reducir a un mínimum de tiempo la predicación parroquial Son a la vez esquemas admirables, derivativos en sermones no breves con pequeña dificultad de adaptación, a una extensión sólo delimitable por el predicador. Revisten toda la gracia y amenidad compatibles con la gravedad de la oratoria sagrada, muy atentos a las exigencias materiales y morales de la vida moderna.

*De actualidad: Virtudes cívicas o el perfecto ciudadano.* Ensayo filosófico-social de orientación ciudadana, por Jaime Vaquer, Pbro.—En rústica, 3 ptas Librería Herder, Balmes, 22. Barcelona.

Obra de gran valor, de educación cívica, que puede servir de texto en las escuelas y de ilustración en la vida social. Se tratan temas como: Libertad civil, Respeto mutuo, Amor al trabajo, Respeto a la ley, Patriotismo, Religiosidad, etc.

*¿Por qué soy católico?, o apologética elemental,* por el presbítero Nicolás Marín Negueruela.—2.ª edición. Diríjanse los pedidos a la Librería de la Tip. Cat. Casals: C. Caspe, 108, apartado 776. Barcelona. Un tomo de 196 páginas de 13,5 por 21 cms. Precio: 5 ptas. en cartoné.

Pocas palabras diremos para recomendar este libro. Su autor es conocido como hombre eminente en estudios apologéticos. El texto es claro, breve y exacto. La presentación tipográfica excelente: dos cuerpos de letra indican la importancia mayor o menor del asunto. Hoy se palpa la ignorancia aun entre las clases intelectuales... nada digamos de las bajas capas sociales Este libro ilustra, confirma y hace amar y defender nuestra santa fe. Es su mejor elogio.

*El Evangelio al alcance del pueblo* en los tiempos actuales. Homilías breves y populares sobre los Evangelios de los domingos del año, por el Dr. D. Alejandro Martínez Mayordomo, Pbro. Doctor en Sagrada Teología. Teniente de la Porroquia de San Ramón, de Madrid —Volumen XIX de «La Predicación contemporánea». Madrid, 1932; Bruno del Amo. Editor. Apartado 5003. 5 ptas.

El mejor elogio que podemos hacer de este nuevo volumen de la selecta biblioteca «La Predicación contemporánea», es copiar el informe emitido por el censor de la misma, el M. I. Sr. Dr. D. Gregorio Sancho-Pradilla, Canónigo Lectoral de la S. I. C. de Madrid, que dice así:

«La elevación de sus ideas y la claridad de su lenguaje, la hacen utilísima a todos los que se dedican a la predicación parroquial, que encontrarán en sus páginas un copioso arsenal de argumentos en defensa de la doctrina dogmática y moral del Evangelio, con una expo-

Universidad Pontificia de Salamanca

sición sencillísima, sin otras pretensiones que las de una obra de divulgación popular de las verdades cristianas para uso de todos, no sólo de los sacerdotes, sino de los fieles, los cuales pueden con su lectura asimilarse fácilmente los sublimes conceptos de las divinas enseñanzas de Jesucristo.»

*Anuario Eclesiástico para 1932.*—Eugenio Subirana, S. A., Editorial Pontificia. Puertaferrisa, 14 Barcelona.

Este año, la sección de estadística de *Anuario Eclesiástico* aparece con una extensión algo reducida La razón de ello es obvia: la situación de interinidad en que se hallan los asuntos eclesiásticos ha ido dilatando la provisión de plazas vacantes y los otros cambios acostumbrados en el personal. Por esto, siendo escasas las modificaciones que debían introducirse, se ha creído conveniente registrar tan sólo dichas variaciones y, para la restante estadística, hacer referencia a la edición de 1931.

Pero, en cambio, las otras secciones del *Anuario* resultan singularmente interesantes y le hacen instrumento pastoral, de uso duradero, para todos los sacerdotes. Son de notar:

1.° Un *Formulario eclesiástico*, colección de oficios, solicitudes, preces, informes, certificados, etc , etc., útiles a los sacerdotes, así en su vida privada como en sus sagrados ministerios. Es muy extenso y completo, y está acomodado a la legislación española

2.° En la sección de predicación se continúan las *Homilías, pláticas catequísticas y otras instrucciones litúrgicas*. Unidas al tomo anterior constituyen por sí solas una *obra predicable*, muy práctica en la forma y muy rica en doctrina, que compensará, ella sola, a los sacerdotes el reducido gasto de su adquisición.

Nosotros no dudamos en recomendar a nuestros lectores este *Anuario de 1932* y en felicitar a la casa editora, la cual ha tenido un gran acierto en disponer los precios y las condiciones de venta. Dada la relación directa que, *en el uso*, la presente edición guarda con la de 1931, a los que todavía no posean ésta, se les ofrece la adquisición de ambas ediciones al precio insignificante de 7 ptas ; y para los que sólo pidan la de 1932, si ya poseen la de 1931, el precio será sólo de 2,50 ptas., mas 0,50 ptas., para los gastos de envío si adquieren una sola de las ediciones, y ptas. 0,60 si compran las dos a la vez.

# NECROLOGÍA

Han fallecido en esta Diócesis, don Miguel García Vicente, Arcipreste Párroco de Matilla de los Caños del Río; don Alejandro Toves, Párroco de Garcibuey, y don Manuel García, Párroco de Berrocal de Huebra,

Pertenecían a la Hermandad de Sufragios espirituales y tenían acreditado el cumplimiento de las cargas de la Hermandad, por lo que los señores socios aplicarán una misa y tres responsos por el alma de cada uno de los finados.—R. I. P. A.

Salamanca.—Imprenta de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.

Universidad Pontificia de Salamanca